

**Novissimis Honoribus Viri quondam ... Dn. Johannis Helingi, Medicinae Doctoris  
... Archiatri Mecklenburgici 18. amplius annis fidelissimi ... Qui Anno O. R. 1656.  
die 15. Decembris ... Aetatis anno 60: pie defunctns Gustrovi[i] ...**

Güstrovi[i]: Waltherus, 1556 [i.e. 1656]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248822>

Druck    Freier  Zugang



NOVISSIMIS HONORIBUS  
VIRI qvondam  
Clarissimi, Excellentissimi acq; Experientissimi

# DN. JOHANNIS HELINGI

Medicinae Doctoris Celeberrimi, Archiatri Mecklenburgi 18. amplius annis fidelissimi  
felicissimiq;,

QVI ANNO O. R. 1656. die 15. DECEMBRIS

hora 2. pomerid. Aetatis anno 60: pie defunctus Gu-

strovī, d. 21. ejusdem mensis in templo Ca-


thedrali honorifico funers hu-

mabatur,

Scripta & dicata

2

AD CENSORIBUS ET AMICIS.



GUSTROVI,

Typis Danielis Valtheri Typographi Aulici,

anno 1656 LVI.

29



In beatum discessum Dn. JOHANNIS HELINGI  
Med. Doct. Archiatri.

I.

**E**x oculis igitur nostris iam Te quoq; Fata  
HELINGE, Doctor Optime  
Surripue: Iterum nec Te spes ulla videndi,  
Nec alloquendi imposterum  
In terris dabitur, nisi quum Compago solutum  
Hac Rector omnium Deus  
Me quoq; sidereas concendere iusserit arces,  
Et sancta templa cælum,  
Interim in his oculis & in hoc mihi pectore vives,  
Dum vivus in me Spiritus  
Hos reget exigui languentes Corporis artus,  
Gelido sepulchro proximos.

II.

Quam citè, quam placide clausisti lumina? CHRISTUS  
ME SALVAT, fuerant verba suprema Tibi.  
Mox STERNUTAMEN fiebat morte sub ipsa,  
Liberaq; ærumnis mens petit astra poli.  
O bene, cui licuit tristis valedicere mundo?  
Nunc canis in summo iubila læta throno:  
Quam jucunda tui mihi sunt habitacula templi  
O Deus, hic gratum figit hirundo larem!

STEPHANUS HANE  
Ecclesiastes Guistrov.

**H**eu nimium quantum Morti licet esse rapacem!  
Heu nimium sibi jus trux Libitina capit!  
Non movet hanc varias didicisse fideliter artes  
Non retinet Medicis invigilâlle libris  
Non

Non precium ipsa sui virtus, non prisca retardat,  
Quæ jacet hoc seculo penè sepulta, fides.  
Quid? quod & alma nequit pietas hæc fata morari,  
Nec juvat in cunctos officiosus amor.  
Sic erat haud pridem, cum Pharmacopæus obibat,  
Vir bene de nostro Gustrovia meritus.  
Ægris qui nōrat medicamina qvæq; parare  
A docto Medicū suppeditata choro.  
Hunc Archiater meritissimus ipse sequtus,  
Heu dolor! heu lacryma! Doctor HELINGUS  
obit

HELINGUM dico, quem luget PRINCIPIS aula,  
Ordo Ministerii quem flet & ordo Scholæ.  
Quem cuncti merito plangunt, juvenesq; senesq;;  
Quo validus Medico virq; puerq; fuit.  
Quem sibi præprimis desiderat Orba Maritum,  
Quem soboles Patrem, quem sibi Neptis Avum.  
Vivere dignus erat plures HELINGUS in annos,  
Quod commune bonum vir bonus ille fuit.  
Ast aliter visum fuit omnia nostra regenti,  
Quem penes est unum vitaq; morsq; DEUM.  
Nos placide fas est hæc talia damna ferendo  
Gratari ræquiem vir bene Clare Tibi.  
Tu siqvideam celi jam gaudia mille capessis,  
Nos urgent variis tristia fata malis.  
Tu pedibus calcas stygia fera monstra palidis,  
Circuit, ut rapido nos voret ore, Satan,  
Tu procul à foedâ peccati labore remotus,  
Nos sumus in vitium cerea turba nimis.  
Tus fers justitiae decoratam flore coronam,  
Usq; premunt nostrum spinea ferta caput  
Macte tuis HELINGE bonis! DEUS optime tali,  
Quando Tibi visum, nos quoq; morte bea!

ANDREAS Negnacher /  
Sib. Gustrov. Redor.

A i

Plato

Plato apud Stob. Serm. 1.

Gum Deus beneficia in aliquam civitatem conferre  
voluerit, VIROS BONOS in ea collocat, quos,  
ubi aliquid mali imminet Republicæ,  
Deus Civitati adimit.

**R**es preciosa vir est BONUS: haud datur omnibus,  
horā

Nec quacunq; Bonus res preciosa vir est.  
Aurum, Sardonychus, flammias imitans, Pyropus,

Sunt, quas larga sinu terra ministrat, opes.  
Non sic in bivio Bonus omni conspicitur Vir,

Illum sed nutu Cunctipotens habet.  
Ter felix regio, quin felicissima Res est.

Publica, cui vere vir bonus ergo datur.  
Nec tamen omne bonum, quod splendet & emicat extra.

Vitrum pro gemma nomina sepe tulit.  
Vita virum, pietas, virtus ac promissa voluntas

Alquit, & cunctis prædicat esse bonum.  
Talis eras, facilis, largus, BONUS, omnibus æquus,

HELINGI, Medici Gloria summa Chori.  
Si quis enim Candor morum, pietatis, fidesque;

Omnibus ornatus dotibus hisce clues.  
Solis utramque domum complebas Arte medendi,

Principis & nostrigaudia semper eras.  
Sed morbo cadu infesto, qui pellere morbos

Felici poteras pollice & arte alii.  
Sic nautæ mediis etiam jactantur in undis:

Sic quandoque cara plus valet arte malum.  
Eheu! quam tenui pendent mortalia filos.

Quam subito lapsu, quæ valuerent, ruunt.  
AULLA dole, magnum cui decidit intrementum:

Urbis ploratu moenia cuncta sonent.  
Nos omnes merito lacrymarum rore mademus,

Plangimus atque Boni funera corde Viri

74

**TU BONE JOVA** bono daminum sarcire Melampa

Digneris: pateat gratia porrò tua!

Gemebundus deprop.

**BLASIUS GRABIUS**

Mülhusa Thür. Sch.

Gustr. p.t. Con-R.



### EPIGRAMMA

**De agroto nostro Theologo, leg. pte defuncto Medico**  
item de diversissima corporis animaque medicina.

**A**egrotus Medicum curat feliciter, atqui  
Aegrotum Medici cura juvare nequit.

Aegrotus Medicus porrexit pharmaca multa;  
Aegrotus melius semet habere negat.


Scilicet ad Jovæ nütum medicamina profunt  
Aegrotis, Medico sic referente pio.

Aegrotus Medico sacrum dat pharmacon, ecce!  
Vivit is aeternos post sua fatal dies.

Pharmacon hoc aliis pretiosius omnibus esse  
Constat, idemque animæ comprecoꝝ usq; mea.

**JOACHIMUS GEISTIUS**

Cantor.



**T**emporibus Medicina valet, data pharmaca  
justo

Prosunt, non apto tempore lata nocent.  
Principio licet obstiteris medioque, valebit

Nonnunquam medieā plus tamen arte malum.  
Stat sua cuique dies & inevitabilis hora,

Deserit Artifices mors in agone suos.

A 5

Em

Emplastrum poscas, fomenta, amuleta, trochiscos,  
Contra vim mortis nil Panacea juvat.  
Pharmacopola præit, seqvitur Podalirius Aulæ,  
Nunc Chirurge tibi protinus ergo cave.  
Protinus imo tibi caue, qvisqvis es, hostia morti  
qvô minimè credis tempore forte cades!  
Respectum personarum testante Magistrâ  
Rerum, non hujus mors homicida facit,  
Disce hoc exemplo celebri Doctoris Helingi,  
Et gelidæ mortis vive subinde memor.  
Vir erat Helingus propriis virtutibus Orbi  
Sese commendans non sine fruge bonâ;  
Ingenio magnus, dictuq; affabilis omni,  
& candore gravis, nec pietate minor!  
Arte Machaoniâ nostris præclarus in Aulis,  
Relligionis amans atq; Ministerii:  
Felix Musarum cultor Fautorq; benignus,  
Dignus laude foris, ac gravitate domi.  
Non tamen aut herbis potuit producere vitam,  
Arte nec ingenua vim prohibere necis.  
At bene! non omnis moritur, Laus vivit in orbe,  
Vivit in axe animus, sic obiisse juvat!

FRIDERICUS Witmann/  
Sub-Con-R.

Sic est, non omnes flammantes pectoris astus,  
aut m̄rbos, MEDICI tollere cura potest:  
Excellens Medicus DOCTOR HELINGIUS  
istud  
Exemplo Genitor comprobat ipse tuus.  
Ille Machaoniis multos feliciter ægros  
curavit succis, auxiliante DEO.  
Sed tamen ardentes ex tristi corde dolores  
qui pellat succus jam Tibi nullus adest. Mel-

Melpomene h̄c nihil est tragicos inductacothurnos  
Castalii nihil hic clara fluenta vadī.  
Hic alius fons est, ex qvo Medicina scaturit,  
qvæ afflerti cordis tollere damna queat.  
Fons hic irrigutus sunt sancti oracula verbi  
inde fluit succus tristia corda levans.  
Pharmacæ divini verbi mi fautor HELINGI  
corde tuo poterunt pellere tristitiam :  
Namq; his, qvī vivunt in Christo, singula vergunt  
in melius, qvō cor flagret amore Dei!  
Si pia mors somnus, si in vitam est transitus, ecqvis  
hanc formidabit, sic moderante Deo?  
Hoc tecum expendens Juvenis tristissime, mortem  
hinc Patris abrepti Tu æquius anne feras?  
Sic vulnus cordi qvod mors inflixit acerba  
curabit cordis non nisi qvī Medicus.  
Hic Medicus cordis qvoq; Te nunc corde dolentem  
divino emplastro curat alitq; suo.  
Sic omnes Christi superant medicamina succos  
Pœonios, ifsis utere, salvus eris.

Sic Mæstissimum Dn. Adolsum Fridericum  
Helingium Studiosum Medicinæ industri-  
um inopinatum sed tamen beatum deside-  
ratis. Dn. Parentis obitum lugentem eri-  
gere conabatur

MELCHIOR DORN,  
Collega Sch. Gustr.

H Eu gemebunda Dies! heu sidere nata maligno!  
Ebeu insaustis annumeranda Dies!  
Qvā clausit JANUS fatali lumina somno  
HELINGIUS Medicus DOCTOR in arte potens  
Pallida qvī gravibus relevabat corpora morbis  
Præsentem semper ferre paratus opem.  
Hinc merito Natus surreptum morte Parentem  
Deflet, & ah: Charum chara Marita Virum

DO-


DOCTORIS luget discessum PRINCIPIS Aula,  
Privigni p̄ se tristia signa ferunt,  
Luget & illacrymat Respublica Gustroviensis  
Ingerminans tremulos corde dolente sonos  
Ingerminant MUSA suspiria tristia, qvarum  
Patronus q̄o vis tempore fidis erat.  
Sedq̄id ploratus? quid tristis Nenia prodest?  
In vitam è nece qvum nemo redire queat.  
Propterea gemitus Vos sisite corda prementes,  
Atq; medullivoras sisite lacrymulas,  
HELINGIUS morbis, omniq; dolore solitus,  
Latuit jam celsi visus in arce Polj.  
Mistus & angelicæ turmæ novus Incola Cœlè  
Decantat laudum carmina sancta DEO.  
HONORIS & DOLORIS ergo scripsit  
GEORG-CHRISTIAN Holzapfeli  
Sch. Gustr. Collega.

QVU ferit horrificus nostras jam nuncius aures?  
Qvod nigrum resonat theta per ora virum?  
HELINGIUS mens exspirat, Phœbus Medicorum?  
Exspirant in me gaudia q̄req. Fleo,  
Dignus eras Pylios attingere Nestoris annos;  
Principis aeterno dignus amore tui,  
Semper eram presens ibi. Nam mihi Patis adinstas  
Auxilium, vita consilius dabis.  
Nunc absens cara dum iusta benigna Parenis  
Prosequor heu! oculis subirabis ora meis.  
Verum cum sadum fieri non posse ab ullo  
Insecum, frustra mœsta querela sonat.  
Macte nova sparta, celesti macte corona,  
Qra jubar Domini cingit utring caput.  
Hospitium est mundus, sed celum patria nostra  
Felices, patriæ qvost capit almaq; vies!  
Inter suspiria f.  
Adolphus Fridericus zur Ledden

OS+HO

Vindicia

Tu Bone J O V A bono daminum sarcire Melam  
Digneris : pateat gratia porro tua :  
Gemebundus depro  
BLASIUS GR  
Mülhusa - Thür.  
Gustr. p. t. Co



### EPIGRAMMA

De agroto nostro Theologo, deg̃ pie defuncto N  
item de diversissima corporis animaq; med

**A** Grotus Medicum curat feliciter, atq;

Ægrotum Medici cura juvare ne

Ægrotus Medicus porrexit pharmaca multa

Ægrotus melius semet habere negat.

Scilicet ad Jovæ nūtum medicamina prosum

Ægrotis, Medico sic referente pi

Ægrotus Médico sacrum dat pharmacon, ecc

Vivit is æternos post sua fatal dies.

Pharmacon hoc aliis pretiosius omnibus' est

Constat, idemq; animæ compreco usc

**JOACHIMUS GEIS**

Cantor.

**T**Emporibus Medicina valet, data phar  
justo

Prosunt, non apto tempore lata

Principio licet obliteris medioq;, valebit

Nonnunquam medicā plus tamen arte

Stat sua cuiq; dies & inevitabilis hora,

Deserit Artifices mors in agone suos.

**A 3**